⁊ bibam⁹: cras moriemur. Vide ne ta
lib⁹ adq̃eſcas. Corrũpũt ei mores bo/
nos colloq̃a p̃ua. Sꝫ forte h̃ dictur⁹
es. Quare ꝗ̃ felices ſũt! ecce nec deũ
colũt: ⁊ oĩa mala q̃tidie cõmittũt: abũ
dant reb⁹ hui⁹ ſeculi: quib⁹ ego egẽs
laboro. Noli zelare pctõres. quid acci
piũt vides. q̃d illis ſeruet̃ nõ vides.
Et bñ inquit video qd̃ tu nõ vides.
Crede dño deo tuo q̃ ait. Lata ⁊ ſpa
cioſa via eſt in delicijs ⁊ diuitijs ſecu/
li q̃ ducit ad interitũ. ⁊ multi ſũt qui
ingrediunt̃ p eã. cui⁹ finis eſt p̃cipitiũ
⁊ ꝓfunditas quedã barathri: qui ocu
lo fidei videlꝫ hãc viã pctõrũ diſpdet.
dñs a regno ſuo. Caſſ. Quod vnicui
qꝫ impioꝝ in illa extrema iudicatiõe
futuꝝ eſt. ſic iſtis ex decẽ ſentẽtijs p̃/
conialib⁹ ãñdictis oñſum eſt ꝙ ĩ dño
ſpes fideliũ eſſe debeat abũdant̃. Hi.
Et ꝙ ptãs dei eſt et̃na Jõ ſbdĩt Re/
gnabit dñs in ſecula. .i. ĩ eternũ. De⁹
tuus. o tu. ſyon. Hie. Freq̃nter di
xim⁹ ſyon ecciam ĩterp̃tari. aut aĩa cõ
tẽplantẽ deũ. In quibus aũt dñs re/
gnabit ↄñter oñt: dicẽs. in generatio
ne. p̃ſẽti. ⁊ generatiõez. futurã. Caſſ.
Modo eĩ ĩ mẽbris ſuis pleniſſime re/
gnare nõ d̃r chr̃s. ꝙ corda coꝝ inani
bus cogitatiõibus int̃duꝫ occupãtur
Sed cũ hoc mõrle corpus ĩduerit in
mõrlitatẽ: ⁊ noxias iſtas cogitatiões
cũ mũdi iſtius amiſſiõe reliquerit, tũc
pfecte in ſcĩs regnaturus eſt chr̃s: qñ
ſicut ſcriptũ ẽ: erit deus oĩa in oĩbus

Cõtemplatiõis bñficio ꝓpheta circa
finē ſeculi qͥ cõſtitut⁹: vbi iã mũdi co
gnoſcit poti⁹ dãnãda pũerſitas: vni
uerſitatē docuit laudib⁹ dñi occupari
ne caduca deſideria q̄reret q̄ ꝓxie fi/
niēda cõſtaret. In mũdi ei fine ſum⁹
qñ ipm nõ longo interuallo ſuſcepta
morte deſerimus. Traſeant a nobis
cupiditates caduce. ⁊ illecebre ſecu/
lares abcedãt. illud potius cõſidēm⁹
qd̕ eternũ eſſe cognoſcim⁹ Hie. Si/
m⁹ reges: imperem⁹ corpori nr̄o: ⁊ ſbij
ciam⁹ illd̕ ſpũi nr̄o. ⁊ coꝛ nr̄ȝ ſit ĩ ma/
nu dñi nr̄i Jeſu chr̄i q̄ ē bñdict⁹ ꝛc.

## Laudate domi.

Titul⁹ Alleluia. Caſſ. Ver
ba tituli ſui ſbſeq̄ns textus exponit.
Lege initiũ Pſal. ⁊ titulũ expoſuiſti.
Alleluia ſiquidē ſignat: laudate dñȝ
Hortat̄ aũt prophā populũ deuotũ
laudare dominũ: dicens.

Laudate dñȝ qm̄ bon⁹ eſt pſal.
Nic. ipm. ſ. deuote cãtantibus
ſeu dicētibus. qꝛ ſic pſallēdo: mentes
coꝝ eleuant̄ in deũ. Caſſ. a q̄ pmiũ
ſpatur vēire eternũ: qñ ipa erit retri
butio. q̄ nũc ē exercitatio. Aug. Ipe
pſalm⁹ laus dei eſt. bon⁹ eſt pſalm⁹. h̄
eſt: bonũ eſt laudare dñȝ ligua tua. ad
horã laudet vita tua. Sp laudet qui
pſallit. ñ ſola voce pſallit: ſȝ aſſumpto
etiã q̄dã organo qd̕ vocat̄ pſalteriuȝ
accedētib⁹ mãib⁹ cõcordat voci. Vis
ḡ pſallere? nõ ſolũ vox tua ſonet lau
des dei: ſȝ opa tua cõcordēt cũ voce
tua. Itaqȝ ad auriũ exhortationē can
ta voce. corde nõ ſileas: vita: ne tace/
as. nõ cogites in negocio fraudē. pſal
lis deo cũ mãducas ⁊ bibis: pſalle nõ
ĩtermiſcēdo ſonoꝝ ſuauitates ad au/
res aptas: ſȝ modeſte ⁊ frugaliter ⁊ tē
perant̄ mãducãdo ⁊ bibēdo. qꝛ h̄ dic̄
Apo⁹. Siue mãducatis ſiue bibitl. ſi
ue aliud qd̕ facitis: oĩa in gloꝛiam dei
facite Si ergo qd̕ manducas ad refe/
ctionē coꝛpis ſumis: gr̄as agēs ei qui
tibi moꝛtli ⁊ fragili ꝓbuit ſupplemēto
rũ ſolatia. cibus tuus ⁊ pot⁹ tuus lau
dat deũ. Si vero modũ debitũ in mo
deratiõe voꝛacitatis excedas. ⁊ vino/
lēta ĩgurgites: q̄ntaſlibet laudes dei
lingua tua ſonet: vita tua blaſphemat.
poſt cibũ et potũ requieſcē vt dormi
as. nec ĩ lecto aliq̄d turpit̄ agas. nec ex
cedas vltra cõceſſam licētiã. In lege
dei ſit caſtus cũ ꝯiuge thoꝛus. ⁊ ſi eſt
cura ꝓpagandi liberos: nõ ſit effrena
ta luxuries libidinũ. defer in lecto tuo
cõiugi tuo hõrē: qꝛ mēbra chr̄i eſtl. ãbo.
ãbo ab illo cõditi. ãbo ſãguie chr̄i
repati. Hec agens: laudas deũ. Nec
oĩno ſilebit laudatio tua. cũ dormis ſi
te excitet a quiete mala conſcia tua.
⁊ ĩnocētia ſomni tui laudat deũ. Lau
das cũ agis negociũ: laudas cũ cibũ ⁊
potũ capis: laudas cũ in lecto reqeſcis.
laudas cũ doꝛmis. ꝑficiet̄ ĩ nobis lau
datio dei cũ ad illã ciuitatē ꝑueneri/
m⁹. qñ effecti fuerim⁹ eq̄les ãgel' dei.
quando nos nulla coꝛpalis ncitas ex
aliq̄ pte ſollicitat: nõ fames. ñ ſitis in
terpellat. nõ eſt⁹ fatigat. nõ frigus ob
ſtrigit. nõ febꝛis deijcit: nõ moꝛs finit
illã. ad ꝑfectiſſimã laudē exerceamus
nos laudatiõe iſta in operibus bonis
Ni. Qualis aũt debeat eſſe pſalmo/
dia clarius exponit cũ ſbdit. dicens L
deo nr̄o ſit iocũda decoraqȝ laudatio
.i. ꝓcedēs ex mētl. ⁊ coꝛpoꝛl. iocũdi
tate: ⁊ ex decoꝛe ⁊ puritate ꝯſcie. qꝛ nõ
eſt ſpecioſa. i. iocũda laus ĩ oꝛe pccõ/
ris Ecci. xv°. Caſſ. Tũc ē ei dño io
cunda laudatio: quãdo actus nr̄i a ſã
ctoꝝ verboꝝ qualitate nõ diſcrepãt.
ſȝ in vnã ſocietatē vox ⁊ vita cõcoꝛ/
dant. Dñ dic eni diſcoꝛdãtia dñm nõ
amare: quē ꝯſtat diſpſa colligere. ſicut
ꝯñter declarat dicens. Ni. Edificãs
hieruſaleȝ dñs. i. ecclãm ſuam edifi

cādo diſpſiões iſrael. i. populi chri
ani oculo fide deū videntis. cōgrega
bit. in eccia militāte ꝑ fidē. ꝛ in eccia
triūphante ꝑ aptā viſionē. Et qd a/
git vt cōgreget eccie ſequit̃ Qui ſa/
nat ꝯtritos corde. ſue paſſionis ꝟtu
te. Cōtritos corde dic̃ illos: qui offe
rūt deo ſacrificiū ſpūs cōtribulati. ꝛ
alligat ꝯtritiones eoꝝ. in vita pñti ꝟ
tute ſacramētoꝝ q̄ ſūt aīe medicine.
Au. Et in futuro pfecte ſanabit. cū
hoc mōꝛle corpus. induerit incorru/
ptionē. quādo nihil erit qd̓ ſuggerat
ex carne cui ꝯſentiam⁹. Etei mō frēs
mei q̄nte illicite delectatiōes aīm tan
gūt: q̄uis eis nō ꝯſentiam⁹ ꝛ tñ ſi nō
ꝯſentis delectari talibus: nō dū eſt pfe
cta ſanitas. Quid igit̃ ago inq̄es? mō
ꝯdelector in lege dei ſm interiorē ho
mīem: video aūt aliā legē in mēbris
meis repugnantē legi mentis mee: ꝛ
captiuū me ducentē in legē pc̄ti. No
li erubeſcere: ꝯtere cor: cōfitē. ꝛ dic ſe
q̄ntia. Infelix ego hō: quis me libēa
bit de corpe mortis hui⁹? vt rñdeatur
tibi Gr̄a dei ꝑ Jeſū chr̄m dñz nr̄m.
Qui numerat multitudinē ſtellaꝝ.
Ni. Hoc ad lr̄am planū eſt ꝙ fecit
eas in recto numero. ꝛ oībus eis no
mīa vocās. Noīa enī imponūtur a
ꝓprietatibus rerū. Ipe enī cognoſcit
vſq ad mīmā oēs ꝓprietates ꝛ ꝟtu
tes ſtellaꝝ. Caſſ. quas aſtrologi vo
cāt nōibus alienis. vt veneris mercu
rij: ꝛ his ſilia: q̄s redarguit cū dicitur
iux̃ trāſlationē rōnaꝫ: ꝛ oēs noīe ſuo
vocat. Hie. Sꝫ q̄ cōſeq̄ntia iux̃ lit
terā. alligat cōtritiones coꝝ. q̄ nume/
rat multitudinē ſtellaꝝ? vnde ſpūalit̃
intelligendū eſt illos qui añ cōtriti fu
erāt ꝛ poſtea ſanati vertit in ſtellas.
Glo. De quib⁹ dic̃ aplus. In medio
natiōis p̄ue ꝛ ꝑuerſe appareatis tāq̄
luīaria in mūdo: ꝟbū vite hñtes Do
min⁹ ergo alligat cōtritiōes fideliū.

Nic. qui nūmerat. i. diſtribuit mł
titudinē ſtellaꝝ. i. electoꝝ: q̄ꝝ cert⁹ ē
numerus apud ipm: ſic̄ ſcriptū ē. No
uit dñs qui ſunt ei⁹. ꝛ oībus eis no/
mīa vocat. i. p̄mia ſm merita parat
oībus. Hu. quoꝝ nōia ſcripta ſunt
in libro vite. i. q̄ ſūt ī dei p̄deſtinatio/
ne. ſequit̃ Magn⁹ dñs ꝛ magna ꝟt⁹
eius: ꝛ ſapīe eius nō ē numer⁹. Caſ
Cui⁹ nec facta numerari: nec laus et
ſapīa eius valet apphēdi. Suſcipi
ens māſuetos dñs. ad ſuā videlꝫ gra
tiā. Māſueti ſunt illi q̄s ſuperius di/
xit tribulatiōe cōtritos. ꝛ in afflictio/
ne patiētes. Nic. humilians aūt pec
catores. videlꝫ ſupbos. vſq ad trāꝫ
. i. vſq ad infernū: qui a doctorib⁹ dr̄
eē inf̃ trā. Caſſ. Māſueti ſuſcipiunt̃
in celū: ſupbi dirigunt̃ in terrā vt ꝑ/
mixtiōe vicaria. vnde ſathanas eleua
tus cecidit. fidelis hō ſbleuatus: aſcen
dat. Au. Precinite dño in cōfeſſiōe.
Hic incipe. te p̄us accuſa. ꝛ te accuſa/
to deū lauda. Poſt cōfeſſiōem debet
ſequi bona opatio. Unde recte ſbiun
git psallite deo ī nr̄o cithara. Caſ.
Cithara enī ſignat virtutes morales
ꝯſona opatiōe ꝯcinētes. q̄ tūc verā ci
tharā reddūt: qñ ſe federata ſocietate
ꝯiūgūt. Nā ſicut integra lyra nō pōt
dici cui aliqua chorda ſbtrahit̃. ſic nec
vir ſcūs eſtimat̃ cui virtus vlla minu
itur. Aug. Cōfitemī ḡ ꝛ opamī opa
mīe. pſallite deo noſtro. Cui deo nr̄o?
Caſſ. Qui opit celum nubibus. Cq̄/
uis hec ꝛ q̄ ſequunt̃ ad lr̄am bñ itelli
gi videātur: tñ melius allegorice di/
cta ſentiemus Petr⁹ cātor. Pſalli/
te ergo illi. Qui opit celū. i. ſacram
ſcripturā nubibus. i. obſcuritatib⁹
figuraꝝ. Sacra ſcriptura partiꝫ ē fa/
cilis vt paſcat. partiq̄ eſt difficilis ꝛ
obſcura vt exercet. Au. Ad hoc ob/
ſcura voluit eſſe dicta ꝓphetaꝝ: vt ha
berent poſtea ſui dei qd̓ interp̄tando

influerēt ſup aures ⁊ corda hoīꝫ Pe
trus cātor. ⁊ parat .ſ.deus ꝑ illas
nubes terre .i.minoribus ſitiētibus
pluuiā doctrine. Et nō ſolū minori/
bus parat doctrine pluuiā:ſꝫ etiā ma/
gnis. Vñ ſbdit: Qui pducit in mōti/
bus fenū ⁊ herbā ſuitutī hoīꝫ. Hie.
Si ad lrām hoc dr: vtiqꝫ fenū in ma/
gnis cōuallibus naſcitur ꝙꝫ in mōto/
ſis Au. Mōtes ꝗ in hoc loco vocat
excelſos ſeculi.aliqua dignitate predi
tos. Gre. xxx.moraliū. In mōtibus
quippe fenū ⁊ herba ſuitutī hoim ꝓ/
ducit.cuꝫ ſblimes hui⁹ ſeculi ad fidei
cognitionem vocati ſcīs ꝑdicatorib⁹
in hui⁹ vite itinere ſpūaliter ſibi ſui/
entib⁹ tranſitoria alimēta largiuntur
Qui dat iumētis eſcā ipoꝝ. Iumē
ta eſcā accipiūt:dū ſacre ſcpture pa/
bulo mētes dū brute ſatiāt Sipli
cibus ꝗ dat doctrinā ſm capacitateꝫ
ipoꝝ. ⁊ pullis coruoꝝ .i.filijs gēti/
liū dat eſcā ſacre ſcpture. Hie. Nos
pulli coruoꝝ ſum⁹.ꝙ de coruis.i. gen
tilibus pctō idolatrie nigris venim⁹
Et addit inuocantibus eū .i. deſide
rātibus poſt ꝯuerſionē dei verbo ſa/
tiari. Ni. Ad lrām dic̄ Iſid.ꝙ cor/
ui nō miſtrāt cibū pullis ſuis donec
vidēt eos nigreſcere plumis.ꝙ tunc
recognoſcūt eos tanqꝫ ſuos. Sed añ
ꝙꝫ habēt plumas nigras. nutriuntur
rore celi.⁊ ſic dicuntur a deo nutriri.
Per hoc aūt ꝙ dic̄:inuocātib⁹ eū:nō
eſt intelligendū ꝙ iſta inuocatio fit ꝑ
aliquā recognitiōem in pullis exñteꝫ
Sed ꝙ vnaqueqꝫ res ꝑ appetitū na/
turalē tendit ad ſuā ꝑfectiōeꝫ. Sic ꝗ
dicūtur inuocaꝛ deū a quo recipit oīs
ꝑfectio ⁊ oē bonū Caſſ. Poſtqꝫ dō
ꝓpheta narrauit illa que fecit dñs:cō
ſequēter oñdit q̄ pñt ei diſplicē: di/
cens Non in fortitudīe eq̄ volūtateꝫ
hēbit Equus ad ſupbiā plerūqꝫ po
nit indicādam. Vñ alius ps̄.dic̄ Fal

lax equus ad ſalutē. Naꝫ ⁊ ipm aīal
ceruice ꝑſumēs.frenis ſemꝑ incūbēs.
ad curſus rapidos ſpumoſa cōtrecta
tiōe feſtinat. Huic ſupb⁹ hō cōparatur
qui deo nō ē placabil.ꝙ mãſuetos e/
legit ⁊ deuotos Aug. Ergo nō ſe ex
tollant hoīes in ſuis dignitatib⁹: ñ ſe
ſblimes putēt hōībus.caueantqꝫ ne
in ſupbia ꝑcipitent Vide ei quid di
ctū eſt in alio ps̄. Hi in curribus ⁊ hi
in equis Et quid accidit eis? Ipi ob
ligati ſūt ⁊ ceciderūt nec in tibijs vi
ri bñplacitū erit ei. Flo..i.in cōpo
ſito hitu hoīs preſumptuoſi. Nā i ti/
bijs nōtur inceſſus cōpoſit⁹ Vel nō
placet deo vir ꝑſumēs in virib⁹ ſuis
Hie. qꝛ bellātē deſtruit,rogantē ele
uat:hūiles exaltat:⁊ ſupbos deijcit
Nic. Oñſis illis q̄ deo diſplicēt.con
ſeq̄nter oſtēdit q̄ placēt ei:di. Bene
placitū eſt dño ſup timētes eū .ſ. tio
re filiali.ꝙ hi nō cōfidūt in ꝟtute ſua:
ſꝫ potius in dina. ⁊ in eis q̄ ſperant
ſup mia eius ꝙ nō ꝑſumūt de ſua iu/
ſticia:ſꝫ de dei mia. Caſſ. Et hūc qꝫ
ps̄.ad finē ſeculi ꝑtinere dubiū nō eſt.
qñ diſpſiones iſraelis in vnū popu/
lū cōgregant.vt fiat ⁊ vnus rex ⁊ v/
nus paſtor. O btm̄ tēpus qñ lapides
illi viui ꝑcioſiores oībus margaritis
in celeſtē fabricā ⁊ eternā btitudineꝫ
colligūtur.tūc vnicuiqꝫ ſcōꝝ erit dul
ciſſimus labor ſuus.qb⁹ pariet luctus
cōſolationē:ꝑſecutio eternā requiem.
⁊ paupertas pia dabit regna celeſtia. et
quicquid grauit hic ꝑtulerūt.ibi ſe ta
lia ſuſtinuiſſe gaudebūt: dona domie
hic patientiā maloꝝ.vt illic facias no
bis gaudiū eſſe ꝑpetuū.q̄ cū pr̄e ⁊ ſpū
ſcō viuis.⁊ regnas i ſe.ſculoꝝ: Amē.

## Lauda hieruſa.

Titulus Alleluia. Caſ. Ad
cōſuetū quidē alleluia reuertimur. ſꝫ
hoc nullatenus repetere faſtidimus.

Huius verbi tãtus honoꝛ ẽ.vt cũ ſit
hebrea ligua recõditũ: nullo tñ ↄſtat
alio ſmone trãſlatũ Hoc grecus:hoc
latinꝰ:hoc caldeus:hoc ſyrus:h̄ per/
ſa:hoc arabs . hoc tenet natio cũcta
terraꝝ. Et q̃cquid eſt diuitati deditũ
dignitatẽ huiꝰ nõis pia deuotiõe ve/
nerat̄. Hoc ḡ pura mẽte cãtemꝰ.totl.
q̄ꝫ in eo viribus occupemur.vt ſicut
coꝛporeis auribꝰ dulciſſimꝰ ſonꝰ red/
dit̄.ita ⁊ coꝛdis ſinceritate ꝓferatur
Glo. In captiuitate ḡ huiꝰ ſeculi ꝓ
pheta adhuc ↄſtitutꝰ. ciuitatẽ illã ce/
leſtẽ alloquit̄ ipam exhoꝛtãdo vt i ci
uibus ſuis dñm debeat iugi exultati/
one laudare dicens.

Lauda hierlm. o hieruſalẽ celeſtis iã ſecura lauda dñm. hoc
ſolũ eſt negociũ tuũ lauda deũ tuum
ſyon. Eadẽ ẽ hieruſalẽ ⁊ ſyon Syon
ſpeculatio. Hieruſalẽ viſio pacis in/
terp̄tat̄ Hie. Vbicũq̄ꝫ viſio pac̄ eſt
vbicũq̄ꝫ cõtemplatio dei eſt:ibi laus
dei celebrat̄ Caſ. Iſta viſio pac̄ erit
cõtẽplatio dñi ſaluatoꝛis quã nemo
merebit̄ alter.niſi qui ab vniuerſa mẽ
tis ꝑturbatiõe liberat̄. Et vere debes
eũ laudare Quoniã ↄfoꝛtauit. .i. cõ
firmauit ſeras poꝛtaꝝ tuaꝝ. Nũ enĩ
ſeras ↄfirmatas dicit poꝛtaꝝ. clauſas
ianuas btẽ ciuitatis oñt. Sera enĩ a
ſero.quod eſt tarde:dicta eſt.quo tp̄e
hoſtiũ domꝰ claudit̄.vt poſtea intran
di licẽtia denegeť. qd̄ illo tp̄e accidet.
qñ ſpõſus itrauerit.ſicut in euãgelio
de virgĩbus dicit. Et que parate erãt
intrauerũt cũ eo ad nuptias.⁊ clauſa
eſt ianua. Clauſa.ſ.nõ ad cuſtodie pe
nã:ſꝫ in btĩtudinẽ ſempit̃nã.q2 nec in
quiſq̄ꝫ vlterius ſcũs exibit. nec aliq̃s
poſtea nouus intrabit. O btĩtudo ſe
cura iuſtoꝛuꝫ.q̃ tali lege ꝓbat̄ ſuſcipi
vt nũq̄ꝫ poſſit amitti. Sequit̄ bñdi/
xit filijs tuis in te. bñdictiõe eterne
gloꝛie Ideo enĩ dixit: in te. q2 nunq̄ꝫ
ab illa hieruſalẽ exire poterũt.in qua
eterno munere ↄſecrant̄ Qui poſuit
fines ſuos pacẽ. Ciuitas illa magna
⁊ ineſtimabilis.mira laudis breuitate
ſcripta eſt.que c̃tna pace ꝑfruit̄. cuiꝰ
fines pacis munere terminant̄. vñ col/
ligit̄.q2 quicq̃d ꝑter ipam eſſe cõtige/
rit:gehẽna eſt. Et ſic btã hieruſalem
pacẽ poſſidet. ſic infelix babylonia .ſ.
mũdana felicitas doloꝝ pugnã ꝓcul
dubio ſuſtinebit. Sed quẽadmodum
pax iſta ꝓueniat: ↄñter expõit dicẽs
Lex adipe frumẽti ſatiat te. Adipem
quippe frumẽti:dic̃ ipam viſionẽ dei/
tatis.ex qua iuſtoꝝ ſenſus reficit̄.dū
fideles chr̄i dñi ↄtemplatiõe ſatiant̄.
Ipe eſt verus panis q̃ de celo deſcẽ/
dit Nã ſi nos hic coꝛpoꝛis ſui partici
patiõe reficit:quẽadmod̄ ibi ſatiabit
quos toto lũie ſue deitat̄. impleuẽit?
Reuera ſecura pax ⁊ inuiolata trãq̃lli
tas.qñ indigẽtia nobiſcũ vlla nõ liti
gat.nec aliquẽ laſſitudo defatigat. nõ
frigus ↄtriſtat.nõ eſuries grauat.⁊c̃ q̃
hic nr̃e imbecillitati ſꝑ bellũ infligũt
Ibi aũt coꝛpoꝛis aĩeq̄ꝫ talis eſt ſocie
tas.vt nulla ĩtra ſe aduerſitate diſcoꝛ
dent:ſꝫ ibi vtraq̄ꝫ volũtate cõſentiãt
Ni. Qui emittit eloquiũ ſuũ terre
.i.verbũ euãgelicũ qd̄ ꝑcepit publi/
cari ꝑ oꝛbẽ terraꝝ per ap̄los alioſq̄ꝫ
chr̄i diſcipulos ad h̄ miſſos.ſic̄. Mar.
vlti.di Euntes inq̄t in mũdũ vniuer
ſuꝫ:ꝑdicate euãgeliũ oĩ creature Ve/
locit̄ currit ſmo eius. q2 euãgeliũ in
breui tp̄e fuit publicatũ vbiq̄ꝫ in tota
terra habitabili viuẽte adhuc Petꝰ
apoſtolo.ſicut dictũ ẽ in pſalmo xviij
Cõſeq̃nter oñt quid ſmo dei opatur
dicẽs Qui dat niuẽ ſicut lanã Hec
ad lr̃am clara ſũt. Caſſ. Loquit̄ aũt
hic parabolice. Homo enĩ efficit̄ nix
.i.cõgelatus ⁊ induratus in malũ.qñ
a dño recedit peccãdo.ſꝫ tũc dñs dat
.i.facit niuẽ ſicut lanã.qñ frigidiſſima

pcc̄tis corda mortaliū ad laneā molli-cie. i. habilitatē ſatiſfactiōis adduxerit. Nebulā ſicut cinerē ſpargit. Dū tene-broſus cumul⁹ pctōꝝ: p nebulā ſigna-tus: cōfeſſiōis gr̄a diſſipat̄ i hūilitate pn̄ie que p cinerē ſignificatur Vñ in alio pſ dr̄. Panē meū ſic̄ cinerē mā-ducabā. Sequit̄ Mittit cryſtallū ſuā ſic̄ buccellas an̄ facie frigoris. Cry-ſtallus eſt glacies longo tp̄e īdurata. cui pctōres obſtinati merito cōparan-tur. q̄ algore pfidie ꝯſtricti p dies ſin-gulos cōgeleſcūt. Hos quoqꝫ dn̄s ve-lut buccellas. i. tanq̄ fruſta panis mit-tit q̄n cōuerſos fac̄ ſua magnalia p̄di-care. vt alios paſcāt pane verbi diui. Hug. Ante faciē frigoris ei⁹ quis ſu-ſtinebit. i. penā ꝓ infidelitate: q̄ fri-g⁹ dr̄ q̄s poterit ſuſtinē. q̄ſi dicat. Nēo Hie. gehēna ex igne ē. ꝛ tn̄ ipa frigi-da ē. dn̄s nobis p̄ſtet ne q̄n frig⁹ īfide-litatis ingrediat̄ corda nr̄a Caſſ. Et nō ꝙ dic̄ frigoris ei⁹. n̄ ꝙ a deo h̄ fri-g⁹ vēiat: ſ; ꝙ fieri forte pmittat q̄le ē illud Indurauit deus cor pharaōis Emittet verbū ſuū. i. p̄dicationē ſuā ꝛ liquefaciet ea videl; niuē ne-bulā ꝛ cryſtallū. i. corda īdurata Hie. da mihi pctōrē frigidū in pccis mor-tuū. q̄ dn̄s n̄ reſpicit. ſi ad ſmonē dei cōpūctus fuerit. ꝛ ceperit agē pn̄iā ꝛ duriſſimū cor illius emollitū fuerit. eo tp̄e cōplet̄: emittet verbū ſuū ꝛ lique-faciet ea Sequit̄ Flabit ſpūs ei⁹ ꝛ flu-ent aque. Frig⁹ pfidie nō expellit̄ a cordib⁹ pctōꝝ niſi gr̄a ſpūſſci Hu. q̄ expulſo fluent aque doctrinaꝝ. qđ in Paulo ꝛ Auguſtino ac alijs mult̄. cōpletū eſt Qui ānūciat verbū ſuū iacob. i. ꝓplo ſuo chr̄iano luctāti cōt̄ tētatiōes vicioꝝ Iuſticias ꝛ iudicia ſua iſrael. i. eidem populo Au. vide-l; quō patiunt̄ iuſti ꝛ iiuſti ꝛ oēs pro merito ſuo. ꝛ ꝙ ipi iuſti in gr̄a dei ꝛ n̄ in meritis ſuis liberant̄ Hu. Non

fecit taliter omni natiōi. ſic̄ populo chriſtiano ꝛ iudicia ſua nō māfeſta-uit eis. Petr⁹ cātor. Hoc p̄mo po-tuerūt dic̄ iudei ad quos chr̄s nūcia-tus eſt. quib⁹ lex data eſt: q̄ iuſticias ꝛ iudicia dei cōtinebat. Sz ꝙ reſpuerūt verbū ei⁹: dictū ē eis. Auferet̄ a vob̄ regnū dei. ꝛ dabit̄ gēti faciēti fruct⁹ eius Et idō hoc mō pn̄t dicere chriſti-ani. Nō fecit talit̄ oī natiōi ꝛc. Hie. Nos itaqꝫ orem⁹ dn̄m vt nr̄am cor-dis duritiā molleſcat ꝛ nr̄a pctā pur-gent̄: vt efficiant̄ q̄ſi nix. vt ꝛ frigus diaboli: qđcūqꝫ eſt in cordib⁹ nr̄is. ex-pellat̄ Col. Ex ſmone Fulgētij đ oī-bus ſcis Quaten⁹ in dei dilectiōe fer-uētes. tali cōuerſatiōe pn̄tē valeam⁹ ducere vitā. q̄ dei adiutorio ad illā ce-leſtē valeam⁹ ꝑuenire hieruſalē. in q̄ nō eſt paupertatis met⁹. nō egritudinis imbecillitas. null⁹ defectus. inſidie de-monū nulle. nulla rebellio carnis ad ſpūm. terror gehēne ꝓcul. neqꝫ mors erit corpis aut aīe: ſ; immortalitas. mu-nere vita iocūda. trāquilla ſūt oīa ꝛ q̄-eta. iugis ſplendor: nō ille qui nūc eſt. ſed tāto clarior q̄nto felicior. q̄ ciui-tas illa vt legit̄ nō egebit lumīe ſolis Sed deus ops illumīabit eā. ꝛ lucer-na eius eſt agnus dn̄s nr̄ Qui eſt bn̄-dictus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

# Laudate domi.

Titulus Alleluia. Qđ ē lau-date deū Aug⁹ Meditatio pn̄t. vi-te noſtre in laude dei eſſe debet. q: ex-ultatio ſempiterne future vite noſtre laus dei erit. Et nemo pōt idone⁹ ſi-eri future vite. q̄ ad illā mō ſe nō exer-cuerit. Nō mali oēs cantare pn̄t no-biſcū alleluia: ſi aūt in malicia ſua pſe-ueraueri̇t. cāticū vite nr̄e future dic̄ potuerūt labijs. ipam vero vitā que tūc erit in veritate: que nō ſignat̄: ob-tinere nō pn̄t, q: noluerunt meditari

anteq̄ʒ veniret.⁊ tenere qđ venturuʒ
erat Nūc ergo frēs exhortamur vos
vt laudetiſ.deū Cantet vox.cātet vi
ta.cātent facta. Nūc deſinis deū lau/
dare.qñ a iuſticia.⁊ ab eo qđ illi placʒ
declinas. Et ſi eſt adhuc gemitus:tri
bulatio:tētatio:ſperet trāſitura oīa.
⁊ illū venturū diē q̄ ſine defectu lau/
dabimus: Nō enī qd dic̄ aplus! Quā
diu ſum⁹ ī corpore:ꝑegrinamur a dño.
nō dū ſumus in patria. Cōtendūt ad/
huc quotidie nobiſcū tētationes.cō/
tendūt q̄tidie delectatiōes ⁊ nō ſenti
m⁹.tñ moleſtiā patimur:reſiſtēdo de/
lectatiōibus. Nō ceſſat ⁊ nō moritur
hoſtis niſi in reſurrectiōe mortuoruʒ
Etſi corpus nr̄m adhuc in hac ſecu/
li babylonia tenet:cor nr̄ʒ ad hieruſa
lē ꝑmittatur. Laudet ꝰ tota creatura
dñm.q꞉ hoc ibi facturi ſum⁹ quod hic
meditamur Caſſ. Cōſiderans itaq̄ʒ
ꝓpħa in celeſtibus ⁊ terreſtrib⁹ rebus
oīa opa dñi cōtineri:ꝑmo celeſtia hor
tatur ad laudes dei dicens.

Laudate dñʒ đ celis: laudate eū
in excelſis. Hie. .i.vos q̄ eſtis
in celis:q̄ eſtiſ. ī excelſis ordinib⁹ cōſti
tuti laudate dñm Vñ adhuc ſbditur
Laudate eū oēs angeli eius. Ni.q̄
ſūt in tribus hierarchijs ⁊ noue ordi
nibus. Laudate eū oēs virtutes ei⁹.
Ad laudē dei īuitať ſpecialiť ordo v̄/
tutū.q꞉ ꝑ angelos illius ordinis fiunt
effectus mirabiles:in ādmiratione di/
ne ptātis hoīes inducentes.⁊ ꝑ cōſe/
quēs ad eius laudē.deīde hortať na/
tura celeſtis corporea ad laudē dei.et
ꝑmo celū ſidereū cū ſubdiť Laudate
eū ſol ⁊ luna:laudate eū oēs ſtelle et
lumē. Licet eī corpora celeſtia ſint
inaīata vt dic̄: Damaſ.tñ dicūtur deū
laudare inquātū ex ſua pulchritudīe
⁊ virtute.ducūt hoīes in cognitiōeʒ
⁊ laudē ipius dei Hie. Aut dicunť
laudare deū.q꞉ a ſuo officio ⁊ ſuitio
nō recedūt. Seruitiū ipſorū laus dei
eſt:grandē honorē habes aīa hūana.
ſol ⁊ luna:ſtelle ꝓpť te curſt:ꝓ te ſer
uiūt.dicat aliqs. Quid ē lumē ſine ſo
le.ſine ſtellis:ſine luna! Dicē poſſum⁹
hoc eſſe ꝙ īter diē ⁊ noctē: abſq̄ʒ ſole
lucet. licet multi putent ipm ſplēdo
rē ſolis. Conſeq̄nter īuitat celū em/
pyreū ad laudē dei dicens Laudate
eū celi celorū. Dicit eī celū empyreū
celū celoꝝ.q꞉ eſt ſuꝑ alios celos. Os
aūt hic poniť celū in plurali. hoc eſt.
ꝓpter diuerſas māſiones electoꝝ ibi
exiſtentes.ſm qđ dicit ſaluator Io.
xiiij. In domo p̄ris mei māſiōes mul
te ſūt. Cōſeq̄nť īuitat celū cryſtallinū
qđ dr̄ aqueū.ꝓpter ſimilitudinē in dia
phaneitate.ſic empyreū dr̄ a pyr qđ
eſt ignis.ꝓpter ſimilitudinē in clarita
te vnde dic̄. Et aque oēs que ſuꝑ ce/
los ſunt laudent nomē dñi. eo mō q̄
dictū eſt Caſſ. Nimia enī laus eſt ꝙ
tenuitas celoꝝ firma ꝯſiſtit.⁊ aquas q̄
grauiores ſūt ſuſtinet. Aque v̄o q̄ ſu
per celos ſūt vt arbitror. iſtas q̄ deplu
unt eē:nō dubiū eſt.teſtāte geneſi. Ca
taracte celi apte ſunt.⁊ facta eſt pluuia
ſuꝑ terrā.xl.diebus ⁊ xl.noctib⁹. Se
quiť rō huius laudis que ꝯſiſtit ī bn̄/
ficio creatiōis vñ dr̄ Quia ipe dixit
⁊ facta ſūt. ſic Io.i.dr̄ Oia ꝑ verbū
dei facta ſunt. ipe mandauit ⁊ creata
ſunt. deus iubet.deus fac̄.q̄ ⁊ Sta/
tuit ea. videlicʒ oīa iſta celeſtia. in ſe
culū ⁊ in ſeculū ſeculi. Sed cū legiť
de futuro ſeculo Erit celū nouū ⁊ ter
ra noua Quō de iſto ſeculo dr̄ Sta/
tuit eū in ſeculū? Sed oīa a deo ſtatu
ta eſſe nō dubiū eſt Nā ⁊ hō ipe q̄ʒ/
uis moriať:diuinitati ſtatut⁹ ē cū reſur
git. Sic ⁊ cetera ⁊ celū deo ꝑmanēt
cū inouātur.quib⁹ ꝑceptū .i.ꝯditio
nē poſuit ⁊ nō ꝑteribit. Hie. Pre
ceptū ſoli poſuit vt luceret ꝑ diē.⁊ ec
ce ꝑ tantos annos ꝑceptū eius nūq̄ʒ

p̄terinit. Lune p̄ceptū̄ poſuit vt per
triginta dies creſcat ⁊ decreſcat. Nū
quid curſus ſuus aliq̄n mutat̄? Mari
p̄ceptū̄ poſuit vt litora ſua nō egredi
atur. venit oceanus tumēs fluctibus
⁊ ipe redit. ⁊ preceptū̄ dei obſeruat.
Grandis hōis honor. ⁊ grandis infe
licitas. ſol tibi currit. elemēta tibi ſer
uiūt: ⁊ tu ignoras creatorē tuū. totus
mūdus deo ſeruit. ⁊ p̄ceptū̄ eius me/
minit. ⁊ hō ſolus nō meminit. Jō di/
cimus in orōne dn̄ica. Fiat volūtas
tua ſicut ī celo ⁊ ī terra. ſicut ī celo ā/
geli tibi ſeruiūt. ⁊ creatura in terra ti
bi ſeruit: ita ⁊ ſeruiat tibi homo. O in
felix humanum genus. deſcendit ad
te deus. q̄m̄ tu ad celū nō vis aſcen/
dē. Nō tibi ſufficit ꝙ ip̄ꝫ n̄ ſuſcipis. ſ3
crucifigis. blaſphemas: flagellas. nec
inde penitētiā agis. Au. Quid tibi
promiſit deus o homo mortalis? q̄a
victur⁹ es ī eternū. Nō credis? Cre/
de. plus eſt qđ iam fecit q̄ꝫ qđ p̄miſit.
Quid fecit? mortuus eſt. pro te. acce/
pit ex te vn̄ moreret̄: op̄pbria. flagella
colaphos: cōtumelias. ſputa in faciē.
ſpineā coronā. ſuſpēſionē ī ligno. cru
cē: mortē accepit in regiōe tua. Et de
dit exhortatōnē: doctrinā: remiſſionē
p̄ctōꝝ/attulit nobis hec de illa regi/
one bona. ⁊ in regione nr̄a p̄tulit ma
la. Quid p̄miſit? vt viuas cū illo. Jn
credibilius eſt ꝙ mortuus eſt etern⁹.
q̄ꝫ vt in eternū viuat mortalis. Et iā
qđ incredibilius eſt tenem⁹. Promi/
ſit ergo nobis vt ibi futuri ſimus vn̄
venit dicens. Pr̄ volo vt vbi ego ſū
⁊ ipi ſint mecū. Tanta p̄ceſſit dilectio.
q2 vbi nos eramus fuit nobiſcū. ⁊ v/
bi ipe eſt erimus cū illo. Nic. Conſe
q̄nter hortat̄ ad laudē dei natura irra
tionalis. cū dr̄ Laudate dn̄m đ ter/
ra. Et in hoc tangit̄ infimū elemētū
Et deinde elemētū aque cū dr̄ Dra/
cones ⁊ oēs abyſſi. dicunt̄ hic abyſ/
ſi loca p̄funda oceani. vbi h̄itant ce/

te grandia. que dicūtur hic dracones
Unde Gene. p̄mo vbi nos hēmus
Creauit deus cete grandia. in hebreo
hētur: Creauit de⁹ dracōes magnos
Caſſ. Uel hic draco eſt aīal ſquamo
ſuꝫ in modū ſerpētis. cuius magnitu
do corporea nimis producta eſt. Qui
draco naturali feruore ſuccēſus. in re/
mediū tēperamēti ſui in aquoſis ſpe/
lūcis h̄itat: qui nō humo repit. ſed cū
moueri ei placuērit volat. narrat̄. huic
ruptus elephas cibus eſt. Qui draco
virtute mirabili. nexibus ſuis ita in
gentiū beluarū mēbra cōſtringit. vt e/
ius ſpūm vitalē velut muſcis eripiat
Au. Magna ſūt hec aīantia. ⁊ maio
ra nō ſūt ſup terrā. vn̄ vos p̄ſiderātes
dracones. attēdite artificē draconū .i.
creatorē eoꝝ. Et cū mirami dracōes
⁊ dicit. magn⁹ de⁹ q̄ hec fec. dracōes
laudāt deū de vocibus vr̄is. Ni. Cō
ſeq̄nt̄ tāgit̄ elemētū ignis ⁊ aeris cū
dr̄ Ignis. ignitū ad ſuperi⁹ elemētū
Grādo nix glacies ſpūs p̄cellaꝝ .i.
vēti faciētes p̄cellas. Jſta ei generā
tur in aere. q̄ faciūt verbū ei⁹. q2 faci
unt illud ad qđ ordinātur ex dīna īſti
tutiōe. Aug. Sed dicis. Quare aliq̄n
fulgura p̄cutiūt mōtē. ⁊ nō p̄cutiūt la
tronē? q2 forte adhuc latrōis cōuerſi/
onē querit. Et iō p̄cutit̄ mōs ꝙ nō ti
met. vt mutet̄ hō q̄ timet aliq̄n. et tu
cū das diſciplinā terrā feris vt infans
expaueſcat. Sed dicis mihi. Ecce de
us cedit innocētiorē. ⁊ dimittit ſcelēa
torē. Noli mirari. vnicuiq3 pio mors
bona eſt. vn̄ āt ſcis illi ſceleātori ſi ſe
mutare noluerit q̄d penaꝝ in occulto
ſeruet̄? Nōne mallēt flumen incen/
dij potius īroire quib⁹ dicet̄ Jte ī i/
gnē eternū. Quid ei malū eſt mori/
naufragio. ⁊ bonū eſt mori febre? Si
ue inde: ſiue īde moriat̄: quere q̄lis ſit
q̄ morit̄. Deuorauerūt beſtie corpora
martyrū ⁊ nō timuerūt ne perierent
corp̄a ipoꝝ. vndiq3 ei reducet deus

corpa ſcõꝝ ſuoꝝ. cui capilli nr̄i nume
rati ſūt. Et q̄n voluit tres pueros ab
igne liberauit. Nūquid nō machabeos
i igne deſeruit? Abſit. illos apte libera
uit. ⁊ illos occulte coronauit. Nouit
ergo deus q̄d agat. tu time. ⁊ bon⁹ e/
ſto. vndecū̄qꝫ voluerit vt exeas. hinc
paratū te inueniat. Inq̄linus. i. pegri/
nus es. nō poſſeſſor dom⁹. Quid dic.
dn̄s tuus? Quādo voluero cū dixero
migra hīc: parat⁹ eſto: eris poſſeſſor in
celo Quicq̄d ḡ hic accidit cōtra volū
tatē nr̄am. noueritis nō accidē niſi de
volūtate dei: de ꝓuidētia ipius: ḋ or
dine ipius. de nutu ipius: de legibus
ipius. Et nō intelligim⁹ q̄d. q̄re fiat.
Dem⁹ hoc prudētie ipius. q̄ꝛ nō fit ſi
ne cā: ⁊ nō blaſphemabim⁹. cū ei cepe
rim⁹ de opibus dei diſputare q̄re hoc.
quare illud. ⁊ nō debuit ſic facē. male
fecit hoc. vbi eſt laus dei? ꝑdidiſti alle
luia. Oīa ſic cōſidera quomō placeas
deo. ⁊ laudes artificē q̄ oīa nouit Er
go queadmodū Ignis. grādo nix. gla
cies. ſpūs tempeſtatis. q̄ faciūt verbū
eius Sic oīa que videnẗ vanis hoī/
bus in reꝝ natura temē fieri. nō faciūt
niſi verbū ei⁹. q̄ꝛ nō fiūt niſi iuſſu ei⁹.
Ni. Cōſeq̄nter pſalmiſta reuertitur
ad elemētū terre q̄ntū ad illud q̄ ſuꝑ
eminet ⁊ eleuatur in aere dicēs Mon
tes ⁊ oēs colles Dicūtur aūt colles
mōtes miores Ligna fructifera ⁊ oēs
cedri Arbores ei adherēt terre. ⁊ nō
cū ipa cōputanẗ. vn̄ ⁊ tertia die ꝓdu
cte ſūt arbores Gen̄. i. Sequiẗ Be/
ſtie ⁊ vniuerſa pecora. ſerpētes q̄n/
tū ad repētia que nō mouētur pedib⁹
⁊ volucres pēnate Oīa iſta inuitāt
ad laudē dei. ⁊ ipm laudāt inq̄ntū in i/
pſis relucet dīna bonitas. ⁊ ſūt mate
ria laudis dīne intelligētibus creatu
ris Conſeq̄nter inuitaẗ ad laudez dei
creatura hūana cū dr̄ Reges terre
tanq̄ꝫ maiores ⁊ oēs populi regi/
bus ſbiecti Pncipes q̄ dn̄anẗ ſub re/
gibus ⁊ oēs iudices terre q̄ ſūt in/
ſtituti a regibus ⁊ pncipibus ad deẗ
minādū cās Iuuenes ⁊ virgines ſe
nes cū iunioribus . i. oēs etas ⁊ ſex⁹
laudēt nomē dn̄i. q̄a exaltatū eſt no
mē ei⁹ ſolius . Caſſ. Exaltatū ē no
mē eius ſolius. i. vltra oēs creaturas
dū (ſicut dic̄ aplus) illi oē genu flecti
tur celeſtiū. terreſtriū. ⁊ infernoꝝ Ni.
Confeſſio eius ſuꝑ celum ⁊ terram
. i. laus ei fiat ab habitātibus in celo
⁊ in terra. Aug. oīa illi cōfitenẗ: oīm
pulcritudo quodāmō vox eoꝝ ē At/
tende celū: pulcrū ē. attēde terrā: pul
cra eſt Ipſe fecit. ipe regit. ipius nu/
tu gubernatur: Cū vides hec ⁊ gau/
des. attolleris in artificē ⁊ inuiſibilia
eius ꝑ ea que facta ſūt intellecta ꝯtue
ris Cōfeſſio eius in celo ⁊ in terra. i.
cōfitēris ei de reb⁹ ẗrenis ⁊ de reb⁹ ce
leſtibus Et q̄ꝛ ipe fecit oīa: ⁊ melius
illo nō eſt aliud. q̄cquid fecit intra illū
eſt. ⁊ quicquid in his tibi placet min⁹
eſt q̄ꝫ ipe Nō ḡ tibi placeat quod fecit.
vt recedas ab eo qui fecit Sequiẗ ⁊
exaltauit . i. exaltabit cornu . i. ptā
tem populi ſui q̄ꝛ hic humiliata eſt
ꝓpter afflictiōes ⁊ dolores quos pati
tur hic idē populus fidelis. ibi aūt ex
altabitur. vbi oīs gloria māifeſta p̄ſtaẗ
Primo. q̄ꝛ dexterā habere merenẗ.
ſcdo. q̄ cū dn̄o iudicabūt. tertio. quia
in eternā pacē gaudiū q̄ trāſibūt. vt
merito exaltati dicātur. qui vſq̄ꝫ ad i/
pſius dn̄i ꝯtemplatiōem mirabili ei⁹
pietate ꝑueniūt. Et tūc erit Hymn⁹
oībus ſcīs eius q̄ꝛ ſcī laudabunt eū
ꝓ oīb⁹ bn̄ficijs ſuis. Hymn⁹ eſt ſcōꝝ
cātus in laude dn̄i cōſtitutus. cui aīa
corpuſq̄ꝫ ꝑfecta purificatiōe cōſentit
Addicit Filijs iſrael vt oſtendat q̄
b⁹ ſcīs hymn⁹ ille p̄ſteẗ. ſ. filijs iſrł. q̄ ꝑ
fidē vidēt deū. Et mādatoꝝ obedien
tia chr̄o dn̄o appiq̄re mereẗ. vn̄ ſbdit

populo appinquãti ſibi. Illi enim
lõge ab illo ſũt: qui ei⁹ iuſſa nõ faciũt
Au. De quib⁹ dñs p Iſa. dicit Po/
pulus hic labijs me hõrat. cor aũt eo/
rũ lõge eſt a me. Nrm aũt cor pximũ
eſt deo. qr credim⁹: qr ſperam⁹: qr dili
gim⁹: qr chriſto adiũcti ſum⁹. ⁊ mẽbra
ipi⁹ facti ſum⁹. Et ad nos illa vox p/
tinet. Ecce ego vobiſcũ ſũ vſqꝫ ad cõ
ſũmationẽ ſeculi Caſſ. Cõtueamur
pſalmũ iſtũ q̃ decore: q̃ ṽtute pfulge/
at. Referunt eni ſupne voces que ad
huc nequeũt pre iſta ĩfirmitate corpo/
ralitatis audiri. dicũt celeſtes creatu/
re laudẽ deo. dicũt ⁊ ẽrene ſbſtãtie. ⁊
melodie cãtus agit. vt dñs creatura
rũ ſuaꝝ pſona exultatiõe laudet. In i/
pſis quippe pmordijs opĩabilẽ illã a/
ſtronomiã ſciaꝫ ita diffiniẽdã eẽ puta
uerũt Aſtronomia eſt diſcip lĩa q̃ cur
ſus celeſtiũ ſiderũ ⁊ figuras cõtẽpla/
tur oẽs. ⁊ hitudines ſtellaꝝ circa ſe ⁊
circa terrã ĩdagabili rõe pcurrit. Cu/
ius opatiões ſolarẽ vel ſolẽnẽ ãnũ di
cũt q̃drifaria tẽporũ diuiſiõe cõpleri.
hinc imbres fieri. hinc phibẽt ẽrenã p
creari. hinc frigora venire. hinc aeris
aũt eſſe tẽperiẽ. Et quicq̃d terris ne
ceſſariũ pbat iuſſione dñi eaꝝ miſte/
rio poſſe cõpleri. Quã ſciam veteres
nri nõ refugiendã eſſe dixerũt q̃diu
eſſe cognoſcit diſciplia ⁊ mot⁹ aſtroꝝ
naturali ſolẽnitate pquirit. At vbi ſe
in aſtrologie partẽ labilis error infu
derit. ⁊ vitas mortaliũ decurſu ſtella
rũ putauerit colligẽdas. tũc abominã
di. tũc potius ceci ſũt. cum ſe eſtimẽt
preuidere que creator vtiliter nobis
decreuit abſcõdere. Planetas etiã cõ
tra polũ dicũt currẽ p certiſſimos me
atus. Fabricã q̃qꝫ celi⁹ que ſp mobili
tate rotabili ſe ſuſtinet: hr̃e quãdã ar
monie delectationẽ q̃ ſuauis ⁊ iugis
eſt. Sed nos obſequia naturaliũ reꝝ
ad auctoris referamus imperiũ: quia
creaturas ipa eadẽ potẽtia ſibi parẽ
iubet qua fecit exiſtẽ Hie. Qui nos
cũ ſcis oĩbus dignet tradẽ in regnũ
deo patri ⁊ cõformes efficere clarita
ti corporis ſui. vt iã ei ñ locali ⁊ trãſi/
torio cãtu. ſed ppetuo immobili cele/
ſtis ſtatiõis iugi modulatiõe canam⁹
ipi domino noſtro Ieſu chr̃o qui eſt
bñdict⁹ in ſecula ſeculoꝝ Amen.

# Cantate domi.

Alleluia pro titlo ponit Caſ
Poſt oẽs creaturas quas ĩ pcedẽti
ps⁹ monuit laudare deũ eo q ab ipo
create ſũt. Hic ſpeciali⁹ iſrael. i. popu
lũ chriſtianũ videntẽ deũ per fidẽ in/
uitat ad nouũ canticũ dicens

Cantate dño cãticũ nouũ. Au.
Quiſquis ẽrena diligit. vet⁹ cã/
ticũ cãtat. Qui vult cãtare cãticũ no
uũ: diligat eterna q̃ nũq̃ veteraſcent
Hu. Vos igit fideles q̃ renouati e/
ſtis p aquã regeneratiõis ⁊ induiſti.
chr̃m. cãtate ei cãticũ nouũ de myſte/
rio vr̃e redẽptionis. de doctrina eius.
⁊ de pmiſſione eẽnitatis Caſ. Laus
eius in eccia ſcõꝝ. i. in eccia militan
te ſiue triũphante. q̃m vtraq; ſine du/
bitatiõe ſcõꝝ ẽ Letetur Hu. In ſpe
licet multa patiat Iſrael. i. populus
chriſtianus vidẽs deũ per fidẽ Au.
Viſio q̃ mõ eſt per fidẽ. eſt viſio que
futura erit per ſpeciẽ. Si credim⁹: vi/
demus. ſi amamus: videmus. Quid
videm⁹? deũ. Ubi eſt ipe deus? Inter
roga Iohãnẽ. Deus charitas ẽ. Bñ
dicamus nomẽ ei⁹ ſcm̃: ⁊ gaudemus
in deũ ſi gaudem⁹ in charitate. Quiſ/
quis habet charitatẽ. vt quid illũ mit
timus longe vt videat deũ: cõſciẽtiã
ſuam attendat. ⁊ ibi videt deum. Si
charitas nõ habitat ibi: deus non ha
bitat ibi. ſi charitas ibi habitat: deus
ibi habitat Vult illum videre forte ĩ
celo ſedentem. habeat charitatem et

in eo h̄itat ſicut in celo. Ergo ſim⁹ iſ/
rael: ⁊ letemur in eo q̄ fecit eū. Ni.
.i. in chriſto vēturo ad iudiciū: q̄ po/
tētia ſue deitatis fec̄ mūdū. ⁊ filie ſy/
on .i. eccie. exultēt in rege ſuo. Ex
gloſa Auguſt. .i. in chr̄o qui eſt rex ⁊
ſacerdos. Nā vt rex pugnauit ꝑ no/
bis in cruce diabolū vincēs. ⁊ vt ſa/
cerdos ꝑ nobis ſe obtulit: nihil inue
niēs in hoīe qd̄ offerret. Laudēt no
mē eius in choro .i. in ꝯcordia morū.
vel in ſocietate fideliū cōcordi chari
tate. i tympano ⁊ pſalterio pſallant
ei. Au. In tympano coriū extēdit̄.
i pſalterio chorde extēdunt̄: i vtroq̄
organo caro crucifigit̄. Hug. In tym
pano ḡ: hoc eſt. ī mortificatiōe carnis.
⁊ pſalterio .i. in ſpūali operatiōe pſallāt
chr̄o. Ni. Ad lr̄am eni ecclia vtit̄
nō ſolū ſono vocū: ſed etiā inſtrumē
toꝝ ad laudandū deū: vt cāpanis ⁊ or
ganis in pluribus locis. Cōſeqn̄t ſb̄s
dit rōnē laudādi deū: dicēs. Quia bn̄
placitū eſt dn̄o in populo ſuo. Licet
ei oēs boni ⁊ mali ſint ſui generalit̄:
tn̄ iuſti dicūtur popul⁹ ſuus ſpāliter.
q̄ ſunt a deo electi ad regnādū cū eo
in ciuitate celeſti. Caſſ. Nā qn̄ illū fe
cerit ꝑfecta ſuauitate gaudētē ⁊ ange
lis parē. Tūc eni erit ei bn̄placitū in
populo ſuo: qn̄ erit (ſicut aplus dic̄)
deus oīa i oīb⁹. Sequit̄. ⁊ exaltauit
māſuetos in ſalutē .i. in vitā eternā.
Nic. Loquit̄ hic de futuro ad mod̄
preteriti: ꝓpter certitudinē ꝓphie. Et
dicūtur hic māſueti potiſſime illi qui
dulcit̄ ſuſtinēt oppreſſiones tyrānorū
amore dei. qui in iudicio futuro erūt
exaltati. Vn̄ ſb̄dit̄. Exultabūt ſci in
glīa. q2 poſt iudiciū ſci erūt glorioſi i
aīa ⁊ corpe. ⁊ ſic augmētata gloria au
gmētabit̄ eoꝝ exaltatio ⁊ leticia. Et
q2 tūc totalit̄ quietabit̄ aīe appetitus
Jdō ſb̄dit̄. Letabūtur in cubilib⁹ ſuis.
Cubile eſt locus quietis. Et dr̄ in plu

rali cubilib⁹. ꝑ diuerſis glorie gradi/
bus ſeu māſioīb⁹. q2 licet ſit eadē btī/
tudo oīm obiectiue in illa et̄na vita: n̄
tn̄ formalit̄. q2 licȝ oēs ſci videbūt deū ⁊
eo fruant̄. tn̄ ipm̄ vn⁹ videt clari⁹ al
tero. ⁊ dulcius fruit̄ ipo. Et q2 tūc in
corporib⁹ glorioſis erit laus vocalis.
ſcḋm q̄ dicūt aliq̄ doctores ⁊ ꝓbabilit̄
Jdō ſb̄dit̄. Exultatiōes dei i gutture
eoꝝ. quia laus vocalis icipit a gutturē
⁊ arterijs. Hu. ⁊ gladij ācipites .i.
ex vtrāq̄ ꝑte ſcidētes: videlȝ ſnīa iudi
cij ad iudicādū cū dn̄o bonos ⁊ ma/
los. i māibus eoꝝ .i. in ꝑtāte eis da
ta a chr̄o. qui dicit Math. xix: Sede/
bitis ⁊ vos iudicātes duodecī trib⁹ iſ
rael. Ad faciēdā vīdictā ī natiōib⁹ icre
patiōes i ꝑplis. Ni. Per h̄ itelligit̄
ꝯſtātia ſcōꝝ. ⁊ potētia eoꝝ i extremo
iudicio ꝯtra eos q̄ iniuſte oppſſerūt eos
in hoc mūdo: ſcḋm q̄ dr̄. Sap. v. Tūc
ſtabūt iuſti ī magna ꝯſtātia aduerſus
eos q̄ ſe anguſtiauerūt: ⁊ q̄ abſtulerūt
labores eoꝝ. Videbūt eos impij ⁊
turbabūt̄ tiore horribili: ⁊ mirabunt̄
in ſb̄itatiōe īſperate ſalutis: gemētes
p̄ āguſtia ſpūs. Dicēt ei int̄ ſe pn̄iaȝ
agētes. Hi ſūt quos aliqn̄ habuim⁹ in
deriſū: ⁊ i ſimilitudīeȝ im ꝓperij. Nos
inſēſati vitā illoꝝ eſtiabam⁹ inſaniā:
⁊ finē illoꝝ ſine hōre. Ecce quō cōpu
tati ſūt int̄ ſcōs dei. Hu. Ecce q̄nta
gloria ſcōꝝ erit: qn̄ q̄ erāt paupes hic
⁊ deriſi ab impijs. poterūt vīdicare in
ſupbos. Petrus cātor vn̄ dic̄. Hiero
nymus. Tūc plato cū diſcipulis ſuis
palpitabit. Ariſtoteles cū ſuis argumē
tis ꝑibit. Jupit̄ cū ſuis cōcubinis ar/
debit. ſȝ nos videbim⁹ regē in throno
ſuo coronatū: quē hic ipi deſpectui ha/
buerūt. ꝓpt̄ qd̄ ꝯtrudēt̄ i īfernū. vn̄ ſb̄
dit̄. Hu. hēbūt. ſupple gladios .i. ſnīaȝ
iudicij extremi. Ad alligandos re/
ges eorum in compedibus ⁊ nobiles
eorum in manicis ferreis. quia tunc

tyrãni ligabũtur ꝯpedibus īferni: de
quib⁹ nõ erit liberũ exire:iuxͣ illð Ma
th.xxv. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹.ꝓij
cite eũ in tenebras exteriores.ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Sequitᷣ Et
faciãt in eis iudiciũ ꝯſcriptũ. Hie. h
eſt vt ſic eos iudicēt quõ in ſcpturis
ſcis digeſtũ eſt Caſ. Quis poſſit eſti
mare tale miraculũ? Quis tantã glã
mēte poſſit cõplecti: vt ſupbi ⁊ iniqui
potentes hui⁹ ſeculi illos iudices hē
bũt:ꝗs tanꝗ̃ vilia pecora cruciãdos
eē putauerīt? Et ne forſitã ſolos apo
ſtolos iudicaturos putares: qb⁹ hoc
dñs in euãgelio ꝓmiſit:adiecit Glĩa
hec eſt oĩbus ſcis ei⁹. Oēs ei cũ chriſto
iudicãt.q̄ ei⁹ regulis nõ repugnãt:q̄/
niã quicqd illi placitũ fuerit:h ipi pia
volũtate ꝯſentiũt. Sicqꝫ ꝯmēoratur
ptãs que ſcis eſt in illa iudicatiõe tri
buēda: vt virt⁹ dñi in eoꝝ glĩa poſſit
agnoſci. Col. Qui nobis pſtare di/
gnetᷣ vt ī hoc ſeculo factores legis ef
fecti:in tribulatiõib⁹ vite p̄ñtis ꝓba
ti: ⁊ fideles inuēti ſpũalibuſqꝫ bonis
ditati:mereamur glĩe ſcõꝝ adiũgi.per
chriſtũ dñm nr̃m:cui eſt honor ⁊ glo/
ria in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Laudate domi.

Titulus Alleluia. Caſ. In
tentio pſ.eſt vt dñs de ꝯgregatiõe ſã
ctoꝝ laudetᷣ:q̄ eos imagini ſue reſtitu
ens.fragilitatē fecit deponere carnis.
⁊ iã cõformes glorie ſue ī illa btĩtudi
ne collocauit.vt bonoꝝ oĩm abũdan
tia cõpleantᷣ. Sicut eĩ iſte ignis mor/
tal' ad ſupiora feſtinãs comas rutilas
erigit in cacumē:ita pſal. iſte paulatĩ
creſcēs ad celeſtia faſtigia ꝟtutũ gra
dibus euolauit Breuis eſt ⁊ muſicis
organis plenus: vt ſpiritalib⁹ tha la/
mis redderetᷣ aptiſſim⁹. ⁊ in cetu ſup
ne hierl'm nuptiali dulcedie cãtaretur
Ammonetᷣ ãt in eo ciuitas dei.i.eccĩa
a mundi ãbitu cõgregata vt ore ⁊ ani
mo cantet deo dicens.

Laudate dñm in ſcis ei⁹. Hie.
Pro eo ꝙ eos poſt celebratum
iudiciũ extremũ i eĩnitatis gloria col
locauit. Laudate eũ in firmamēto ꝟtu
tis ei⁹. qꝛ ſcõs ꝟtute ſua ita firmauit
vt ãplius ñ moriantᷣ. Laudate eũ in
virtutib⁹ ei⁹. ꝑ eo ꝙ morte immõrli
tate potētialiᷣ cõſumēs.incõmutabi
lis vite his tribuerit gloriaꝫ: quã nec
ocul⁹ vidit:nec auris audiuit. nec in
cor hoĩs aſcēdit. Laudate eũ ꝭm mul
titudinē magnitudis ei⁹. qꝛ magnos
eos fecit ⁊ multos.⁊ multifario hõre
diſtinctas celeſtiũ corpoꝝ deputat eis
mãſiones: ſic dñs ait. Apð p̄rẽ meũ
mãſiões multe ſũt. Aug. Laudate
eũ in ſono tube. ꝓpter excellētiſſimã
laudis claritatē. Laudate eũ in pſalte
rio ⁊ cithara. Hie. eo ꝙ ſcis decalo
gũ legis implere pſtiterit: vel p⁹ mor
tificatã carnē q̄ cithara accipitᷣ ī ſe vi
uificauerit. Laudate eũ in tympano.
eo ꝙ mortificatũ corp⁹ ſignatũ ꝑ co/
riũ extentũ ſup lignũ ſit immõrlitati
donatũ. ⁊ choro. ꝑ eo ꝙ choris ãge
licis ſit ſociatũ. Laudate eũ ī chordis
⁊ organo. ꝑ eo ꝙ ciboꝝ abſtinētiam
retortis viſcerib⁹ ex qb⁹ fiũt chorde
inſtrumētoꝝ: victiſqꝫ carnalib⁹ cõcu
piſcētijs digni īuēti ſũt regno dei ad
cõcinēdas laudes dĩnas ꝑ organũ ſi/
gnatas. Laudate eũ in cymbalis bñ
ſonãtibus. Caſſ. Cymbala eĩ labia
nr̃a ſũt.q̄ tũc ſalutariter ſonãt: qñ in
laudes dñi deuotiſſime cõmouentur.
Aug. Et ne quis cymbala intelligēt
q̄ ſine aĩa ſonãt. Jõ puto additũ. in
cymbalis iubilatiõis. Jubilatõ nãqꝫ
.i. ineffabilis laus ñ niſi ab aĩa ꝓfici/
ſcitᷣ. Hie. Scðꝫ eĩ ꝙ dic̄ btũs Gre.
balbutiēdo ꝓut poſſum⁹ excelſa dei
reſonam⁹.ſ.per ſenſibilia nobis nota.
Jdeo exprimũtur hic multa inſtrumē

ta muſica.nō ꝙ habeant locū in cele/
ſti pr̄ia:ſꝫ ponitur ad deſignādū mul/
titudinē iocūditatis celeſtī. Caſ. Et
ꝙ ſciſſimus ꝓpheta vniuerſa que di/
cta ſunt ſpūaliter volebat intelligi ap
tiſſimo fine librum concluſit dicens L
oīs ſpūs tam angelicus ꝗꝫ human⁹ L
laudet dn̄m. Hie. In hoc ergo re/
gno nō caro:nō ſanguis:n̄ corruptio.
ſꝫ hō iam ſpūalis totus effectus: deū
in ſpū(q̄ ſpūs eſt) laudare nō deſinit.
ſicut in alio pſ.dictū eſt: Beati q̄ ha/
bitant in domo tua dn̄e:in ſecula ſe/
culorū laudabūt te. Caſſ.

Explicitus eſt decorus ⁊ mirabi
lis ordo pſalmorū:numero qui/
dē myſtico termīat⁹: ſꝫ ſacris virtuti
bus īfinitus.qui ꝗuis a nobis ex to/
to ꝯphendi n̄ pōt:tn̄ vtilit̄ querit̄.ꝙ
ꝑſcrutatus ſꝑ copioſior īuenit̄. Quāta
ei adhuc hic noua dicē da ſūt? qntorū
fideliū īgenia vſqꝫ ad finē ſeculi curi
oſa ſedulitate laborabūt? Sed tn̄ iſta
veritas tūc pleniſſime dinoſcēda eſt.
qn̄ ipe dn̄s ꝯtemplatiōem ſuā p̄ſtare
dignabit̄.ꝑſpexim⁹ dn̄o lāgiēte ꝙ cē
tū qnq̄gita dieb⁹ ſupducto diluuio cri
mib⁹ ſuis t̄ra diluta ē. Sic et pſalmo
rū cētū qnq̄gita ſpirital̄ abyſſus: cor
da mōrliū pc̄tis inqnata.vſqꝫ ad indi
cij temp⁹ ꝑpetua emūdatiōe purificat.
⁊ ſic nobis ex ipo ſalutaē diluuiū qđ
nr̄m ſenſū delictis ſordidū reddit ab/
lutū. Quid enī in iſto celeſti armario
ſcpturaꝝ dīnaꝝ īuenīē nō poſſis? Ge/
neſim q̄ras h̄ queadmodū fuit mūd⁹
fabricat⁹:exponit̄. Prophetā dicas.
Quis de incarnatiōe dn̄i tāta locut⁹
eſt? Euāgeliū cupias paſſionē ⁊ reſur
rectionē chr̄i dn̄i:inumeris locis eui
dēter oſtendit. Et ne lōgius differam
quicquid in celo ⁊ in terra ⁊ in mari
vel apud inferos agit̄:ſi cautiſſime le
gas oīa ſuis locis cōpetent̄ agnoſcis
Teſtis eſt Athanaſij epi ſmo magni
ficus:q̄ v̄tutes pſalmoꝝ īīdagabili
veritate diſcutiēs:oīa illic eſſe ꝓbat
q̄cūqꝫ ſcē ſcpture ābitu ꝯtinent̄. No
uū ⁊ vetus teſtamētū tanta ꝓprietate
ꝯplectit̄.vt reuera ſpiritalē bibliothe
cā in hoc libro intelligas eſſe conſtru
ctā. Nā ſi paradiſus deſiderabilis hē
tur.ꝙ eū q̄tuor flumīa irrigare noſcū
tur.qnto beatior eſt aīa q̄ centū qnq̄/
ginta pſalmoꝝ fontibus irrigatur.

## Oratio.

Tu dn̄e verus doctor ⁊ aduo
catu s:iudex ⁊ largitor: terri/
bilis ⁊ clemens:corripiens ⁊
cōſolator.qui cecis mētib⁹ donas aſ
pectū:qui facis infirmis poſſibile qđ
p̄cipis:qui ſic pius es vt aſſidue roga
ri velis.ſic munificus vt neminē de/
ſperaē patiaris.dona qđ te p̄ſtāte bo
ni q̄rimus.⁊ illa maxīe q̄ ex nr̄a infir
mitate neſcim⁹. Qđ ex tuo dixim⁹ ſuſ
cipe.qđ ex nobis ignorāter ꝓtulimus
parce.⁊ ꝑduc nos ad illā cōtemplati
onē vbi iā n̄ poſſum⁹ erraē.dona facē
que te inſpirāte loqui p̄ſūpſi.dona cō
pleri q̄ alios obſeruare ꝯmonui.vt q̄
p̄ſtitiſti piū ſmonē:ꝓbabilē q̄qꝫ cōfe
ras tuis famulis actiōez.libēa nos a/
mator hoīm ab illo ꝑiculo vt dic̄ A/
po⁹.dū alijs p̄dico ipe repb⁹ efficiar.
Quā infirmi ſum⁹:tu veracit̄ noſti.q̄li
hoſte fatigamur agnoſcis:fac nos illū
vincē.q̄ten⁹ eterne iocūditatis p̄mia
valeamus promereri. Collector

## Recōmendatio.

Immēſa dīne largitatis (pſalmoꝝ
bonitas:cui⁹ ꝓuidētia ſcām ⁊ īmacu
latā plurimaꝝ dote grāꝝ ſuā ditauit
eccīam:int̄ quas illa celeſtī. refulgꝫ a/
potheca diuerſoꝝ medicamīb⁹ morbo
rū referta liber videlꝫ pſalmoꝝ:q̄ no
ui ac veteris teſtamēti ſacmēta ꝑcur
rēs a btitudīe inchoatus laudib⁹ ſcīs